

- 115 Caesareo populum Carolus gentesque coerchet
 Regmine, cuncta regit terrarum regna per orbem,
 Imperioque pio toto dominabitur orbi.
 Hunc ego iamdudum memini sub nomine Solis,
 Qui nitet in totum claro vibramine mundum.
- 120 Caesareas referet haec haec Meliboeus ad aures
 Rustica raucisonae cecini quae carmina Musae.

EXPLICIUNT DUO LIBELLI MD NASONIS.

- Dilectus domini David, benedictus in aevum,
 Suscipe nunc famuli munera parva tui.
 Ille ego Naso tuus tibi carmina mitto pusillus,
 Quem sua paupertas vix sinit arcta loqui.
- 5 Haec tu si capias animo vultuque sereno,
 Ordine cuncta volo gesta referre tua.
 Nec te forte piget nostrum percurrere carmen,
 Nam precor, ad finem, rex pius, usque legas.
 Et tua si quod erit vitium, clementia, factum
- 10 Corrigat augusto hoc opus ore meum.

115 'corolus' L. 'coerchet' L. 16 'Regimine' W., 'Tegmine' L.
 118 'Nunc' L. 120 'referret' L. 'melibeus' L. 'auras' L. W., 'aures'
 Baehrens. 121 'Mistica' W., 'ixtica' L.

Ueberschrift fehlt in L. 1 'DILECTUS' L. 4 'sinet' W. L., 'sinit'
 Fröhner. 5 'Nec' L. 'anima' L. 6 'rdne' L. 8 'Tam' L. 16 'Hor-
 rigat' L.

119 Kar. M. et Leo 14 'Sol nitet ecce suis radiis; sic denique
 David | Inlustrat magno pietatis lumine terras'. 120 Calp. Ecl. I, 94
 'Forsitan Augustas feret haec Meliboeus ad aures'; Trist. IV, 10, 13 'cuius
 referatur ad aures'. 121 Vgl. oben I, 29; Ex P. I, 2, 134 'Et cecini . .
 carmina'.

2 Fortun. Carm. I, 17, 1 'Munera parva . . suscipe quaeso libenter'.
 3 Ex P. I, 3, 1 'Hanc tibi Naso tuus mittit . . salutem, | Qui miser est';
 Am. II, 1, 2 'Ille ego nequitiae Naso poeta meae'; Ex P. IV, 12, 19 'tibi
 carmina mittam'. 5 Tr. I, 5, 27 'vultu ridet . . sereno'. 6 Met. IX, 5
 'referam tamen ordine'. 10 Tr. IV, 1, 1 'Si qua meis fuerint, ut erunt,
 vitiosa libellis'.